

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XLIV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

cidentali Mauritania, tam boni odoris, ut appensa la-
quearibus haud magna quantitas, magni suffimenti vi-
cem suppleat. Scalig. exerc. 142. s. 6.

CAPUT XLIV.

DE VITE.

Vitium ingens interdum magnitudo est. In *Campa-*
nia enim quæ populus junguntur, per ramos earum
procacibus brachii geniculato cursu scandentes, cacumi-
na aquant, ut vindemiator autoratus rogum aut tumu-
lum excipiat. Plin. l. 4. cap. 1. Non facile corrumpi ad-
dit *Plinius*. Iovis enim simulachrum in *Populonia* ur-
be in multis incorruptum ævis visum est; & tectum *E-*
phesia *Diana* scalis scandebatur ex vite una *Cyptia*.
Ter quotannis fructum edunt nonnullæ. Vedit *Dale-*
champius, multis in locis, in horto *Guilel. Caulit*,
Lugduni præcipue. *Insana* dicuntur. *Dalechamp. ad*
cap. 27. l. 16. Plinii. Sub finem veris, minutos & stel-
latos proferunt flosculos, ramentis orbiculatis obfitos,
colore subspiceo. His in asterisci formam deciduis,
confestim racemorum exhibetur specimen. *Lemnus*
in herb. biblic. c. 2. Odor illarum venenatas abigit be-
stias; *Aqua* vitium dum amputatur, sanat scabiem.
Vitrea à quibusdam excipit lenticula, post integrum
anno insolatur, loco subdiali & impluvio. *Melligo*
tandem concrescit, quæ balsamo viribus æqualis. Pur-
gat enim, carne implet, glutinat, papularum delet ve-
stigia. E tenellis vitis foliis mense destillata *Majo* gra-
vidis malaxizantibus commendatur. Nullo tanguntur
incommodo, quamvis caruerint. *Sennert. l. 4. p. 2.*
c. 2. Ex uvis vinum torcularibus exprimitur quo in
potu utimur. Mira ejus sunt varia, quæ ipsorum vino-
rum variat diversitas. *Lemn. l. de occult. l. 1. c. 16.* Ex
Pictaviensis potu motosi incola & calcitrofi efficiun-
tur (mordaces enim infert cerebro fumos) blandiores
Rhenani. In *Goritiensi* Comitatū laudatissimum est, pro-
ximum *Pucinum* & *Vipacum*. *Mathiol.* cum diu ventri-
culo

culo laboraret, robur hujus adeptus est usū. Livia Augusta octoginta duos vitæ annos, Tucino retulit acceptos. Plin. l. 14. c. 6. Rustici Iapidiz incola quia Punico cognatis utuntur, raro agrotant. Nunquam senescere optimum scripsit Galenus de Theriaca: ducantis aliqua durate annis reliquit Plinius. Corruptum factum in acetum, naturali soluto calore. Hoc insignis est naturæ. Nam tempestatem & navigantium sedat excidium, viuissimum dissipat aërem, humores putrefacere prohibet. Plin. l. 2. c. 48. Margaritas & uniones eo in pulverem verti, Cleopatræ exemplo. Antonio una cœna se solam centies servitium absumpturam objicit, & unum Unionem, cui patem Oriens non vidit, aut detractum, oxybapho aceti immersit, liquefactum absorpsit. Plin. lib. 9. c. 35. Componitur etiam ex eo Aqua vita; quæ alias Elixir, Aqua auri, Cœlum Philosophorum, quinta essentia, anima vini, Aqua divina, & clavis Philosophorum dicitur. Canonher. de Admirand. vini l. 1. c. 5. Miranda de ea scribunt Medici, imperitis impossibilita. Tenuis est & in auras tam celeriter in optimâ parte, ut miteris evanescit. Calor enim intus servatus, aëris motu coadjuvante subtilem substantiam in vaporem resolvit. Cardan. de aethere. Quæ illi immerguntur, viginti quatuor horarum spacio suis exsunt viribus. Heurn. l. 1. prax. medic. Antidotum est ad omnia Mathiolo in Diosc. l. 6. & non solum hausta, sed in faciem ex alterius projecta ore, epilepticos, mulieres hystericas, revocat, loquelaque amissam restituit. Certe Antonius della Scarpatia, octuagessimum dum duceret annum, dicitur habebat. O aqua vita! per te jam mihi vita annu viginti duobus prorogata fuit. Savonorola de arte conficiendi aquam vitæ simplicem & compositam. Delectabatur quoque ea Franciscus primus Dux Mantuae. Frigidi enim cum esset stomachi, ventositate vexabatur. Vox ejus: Cum multiplici ordinu medicamenta tentasset, in talium remedia, nullum tam salutiferum ut aquam vita inventisse. Canonher. loc. cit. Modum vini probandi inusitatum recenset. Quercetan. in Dietetica his verbis: Omnia Vasconia vina, que
pratis

mari in varias provincias avehenda, Burdegalam comportantur: illuc convelta in cellas publicas immensa longitudinis ac latitudinis, ut forum vinarum vere dici possint, in hunc finem constructas, & ab urbe paulisper subductas, reponuntur; atque ita compressis ordinibus seriatim componuntur, ut inter ordines desit spaciun ad perforandum dolium, è quo vinum hauriatur. Quo fit, ut mercatores vina empturientes, & in hac re versatissimi, non ex gustu vini notent, qua probant, vini dolia; sed super singulorum ordines vasorum gradientes, in singulis vasis gressum prementes, facile dignoscant, quæ spirituosa sunt & leviora, sigilli suis adnotent. Levius enim ac agilius super meliora incedunt vina, quam super crassiora ac terrestria, quæ graviorem & tardiorem gressum reddit. Prodigia ejus apud Plinium lib. 14. cap. 18. In Arcadia sterilitatem foemini importat, rabiem viris. Theophrast. lib. 6. c. 19. In Achaja partum abigit; uvas si canes gustaverint, catuli eliduntur. Victor. lib. 7. c. 23. Trazenium qui bibunt negantur generare. Apud Thasias uno genere somnus conciliatur, fugarunt altero. Vva horum dulcis est in Ægypto, & solvit alvum; firmat solutam in Lycia.

CAPUT XLV.

DE XAQUA & ZUCCARO.

XAQVA arbor est Hispaniolæ. Fructus ei papaveris specie, inde pellucida aqua albicans manat, qua quicquid aspergitur, nigrescit, adeo ut nulla lotione mundetur. Die vigesima sponte de cute decidit. Ovetan. summ. c. 77. Zuccari duæ species; Altera à Cannis, altera ex herba. Est & aliud ex arbore India, quæ vocatur Haoscer. Scalig. exerc. 164. Sed hoc vix saccatum, sed lactis tenuior pars, calore concreta: quæ ex oculis sedibusque foliorum exiens gummi condensatur modo. Fructum ajunt simillimum testiculis Camelorum. Ex arboris quacunque parte incisa, stilat lac tam fervidum, ut pro Psilothro præstantissimo habeat.